

et omnia nomina uerba. esse copiam. ita tibi et omnia uocabula nomina. esse ui-
 deantur. **Ad.** plane in te huius quia distet per diuersum litterarum sonum non uideo.
Auq. nec ego interim resisto quando non desit. quae etiam significatione ista
 discernunt. quorum sententiam in considerare non opus est. sed certe animi
 aduersus ea iam signa nos peruenisse. quae se inuicem significant. nulla
 personarum distantia et quae seipsa significant cum ceteris omnibus partibus oratio-
 nis. **Ad.** Non intellego. **Auq.** Non ergo intellegis et nomina uocabulo.
 et uocabulum nomen significari. et ita ut personarum litterarum nihil inest
 quantum ad generale nomen attinet. nam et speciale dicimus nomen quod
 in octo partes orationis ita est. ut alias septem non contineat. **Ad.** Intel-
 lego. **Auq.** At hoc est. quod dixisse se inuicem significare uocabulum et
 nomen. **Ad.** Teneo. sed quaero quid dixeris cum etiam seipsa significant
 cum aliis partibus orationis. **Auq.** Nonne superior ratio docuit nos am-
 nes partes orationis. et nomina posse dici et uocabula. id est et nomen
 et uocabulo posse significari. **Ad.** Ita est. **Auq.** Quid ipsum nomen id est
 sonum istum duabus litteris expressum. si ex te quaeratur. quid appelles. si ne rec-
 te mihi respondebit. nomen. **Ad.** Nomen recte. **Auq.** Num ita se significat hoc
 signum quod quatuor litteris enuntiamus. cum dicimus. coniunctio. hoc enim
 nomen in illa quae significat numerari non potest. **Ad.** Accipio. **Auq.**
 Id est quod dictum est. nomen seipsum significare cum aliis quae significant. quod
 etiam de uocabulo. pro seipsa licet intellegas. **Ad.** Ita facile est. sed
 illud mihi non uenit in mentem nomen et generaliter et specialiter dici. uo-
 cabulum autem octo in partes orationis non accipi. Quare hoc quod
 nihil inest per diuersum sonum differre arbitror. **Auq.** Quid nomen
 et nomina distare in se aliud putas. personarum quae etiam linguae
 discernuntur latina atque graeca. **Ad.** hic uero nihil aliud intellego.
Auq. peruentum est. est. quod ad ea signa quae seipsa significant. et aliud ab
 alio inuicem significant. et quod quod ab uno hoc et ab alio et nihil perso-
 narum in se differat. nam hoc quartum mihi inuenimus. terna enim superiora
 et de nomine ac uerbo intelleguntur. **Ad.** Omnia peruenit. **Auq.**